FRANCKESCHE STIFTUNGEN

DFG

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von Christian Hochstetter an Johann Wilhelm Hartmann.

Hochstetter, Christian

Bebenhausen (Tübingen), 29.11.1717

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-45784

Visual Library

Ee. H A 170 29 III
105

Venerabilis, et in Domino Amice Dilectissime,

Divertit hisce diebus apud nos in Coenobio Bebenhusano ob solidam pietatem et eruditionem Celeberr. Dn. Franckius qui magnam donorum spiritualium, queis instructus est, nobis copiam subministravit, atq in Collegio Amorem Dei Alumnis tenerrime inculcavit, ut nullus dubitem, plurimos allocutione Ejus ad dilectionem DEI seriam excitatos fuisse. Stuttgardiae atq Tubingae sacras orationes in templo utroq cathedrali habuit Vir facundissimus, queis in pectora auditorum altissime penetravit. Dignae sunt profecto orationes, quae typis imprimerentur, animisq et memoriae auditorum, imo aeternitati consecrarentur: abundavit enim in Viro gratia DEI, et in largos, ubicunq dixit aquae viventis rivos effusa fuit. Caeterum, quam primum ex Optimo Viro cognovi, Te a diviniori spiritu impulsum esse ad praedicandum Ethnicis Evangelium: Equidem dici vix potest, quantopere ad laudem divinam fuerim excitatus. Itaq pro veteri nostra necessitudine mearum esse partium duxi, ut non saltem de precibus Dn. Praesulis Bebenhusani, meisq et bonorum omnium inprimis etiam famuli nostri, Te certiorem redderem: sed et Deum Adjutorem, Angelos Comites, mentem et conscientiam cum vita illibatam, constan-

tiam

tiam in instituto et adversis jugem, atque penu
DEI omnia ad tantum opus necessaria dona com-
muni Amicorum nomine Tibi adprecarer. Credas
enim velim, Amicissime, nos intimo doloris sensu
jam diu affectos fuisse, quod in superioribus secu-
lis, etiam a magnis in Ecclesia nostra Theologis,
Scherzero, Hulsemanno, aliisque, missiones ne-
quaquam uti necessariae habitae, sed explosae fue-
rint: Credas porro, Zigenbalgii, Gründleri, alio-
rumque qui operam locant in Convertendis Malabari-
bus, destinationes, tanto successu a Deo hactenus coro-
natas, a pia multorum voluntate assiduisque precibus
juvari. Itaque ero et Tibi in itinere atque ipsos
inter Indos in spiritu Comes, et Adjutor strenuus,
meum coram Domino συναγωνισμὸν hisce literis in
Deo dicatum pectus Tuum omni fide dedicans. Non
autem gravaberis, si vicissim abs Te majorem in modum
contendam, ut et ipse coram Deo nostri perpetuo memor
sis, et in unitate Spiritus nobis conjunctis-
simus: denique literis Tuis, de Salute Tua atque progres-
sibus, quos optamus amplissimos felicissimosque, nos
quoque populares Tuos instruas. Tandem rogat Ven.
Dn.